

tatis, qui etiam Askericum, vestras delicias, nature monstrum, regi proculdubio adducat. Rettulit enim A. non puerili eum, sed regio plane animo stomachari, quod iamdudum eum, ut promisistis, non habet. O mores, o tempora!¹ in abortivo homine^e tantus^f rex, tantus^f presul in tanto rerum humanarum discrimine conflictantur! § Archiepiscopus Coloniensis domnam Albaratam² a viro suo banno sequestravit. Unde persuasum vobis cupimus, ne tanto rerum cardine cessetur, sed animum eius³ pendulum et undique viduatum in leges vestras conficiatis et gratiosa legatione totam eam, quod facile est, vobis mancipetis. Supplicamus etiam vobis, ut per eum legatum, quem Augustam miseritis, archiepiscopo Coloniensi suggeratis, ne Aribonem homicidam aliquod refugium sub suo patrocínio habere patiatur.⁴ § Quedam auditu acerbissima de vobis nos perculere, videlicet nescio quos A. illius vindices, ut est examen illius familie, quam nostis, insolentissimum, cruenta strage, feda fuga vestros multasse, in vos ipsum etiam non nichil ausos fuisse, multa denique id genus, que modo tam pudenda sunt dictu, quam prius horrenda relatu fuere. Faciat Deus, ut in ipsum caput et frontem suam hæc mala redundant.

29.

M(einhard) an den (Speyerer) Dekan D.: berichtet über den Aufenthalt des Bischofs (Gunther) in Kärnten und über anderes.
(1064 etwa Februar—März.)

Cod. Paris. lat. 2903 fol. 58.

Domno D.⁵ decano M. salutem in Christo.

Apud veteres in scribendis epistolis Seneca teste⁶ solenne hoc et pervulgatum initium erat: Si vales, bene est, ego valeo. Quo nimirum titulo haut sane dixerim utrum libentius ad vos scribens an commodius utar. Nam profecto si vos valetis, non tam bene quam optime est; ego quidem valeo, si quidem id valere homine dignum sit habili quadam et inoffensa corporis con-

28. e) hominis c. f) tanti — tanti c.

¹⁾ Vgl. Cicero in Catil. 1, 1, 2. ²⁾ Über Alberada vgl. zuletzt v. GUTTENBERG, Territorienbildung am Obermain, im Register S. 477.
³⁾ Nämlich des Königs. ⁴⁾ Vgl. n. 21. ⁵⁾ Wohl identisch mit dem Empfänger des Briefes n. 31. ⁶⁾ Epist. 15 (II 2) § 1.